in presentibus est preconcepta, sepefatus miles de possessionibus sibi iure proprietatis[o] pertinentibus monasterio antedicto tantum tenetur erogare, ut ab eisdem singulis annis libram denariorum monete usualis large perfruantur, ipsas etiam possessiones predictus miles pro tempore vite sue retineat et ab eisdem tres solidos denariorum annis singulis[p] in festo beati Galli pro censu persolvat monasterio antedicto, post obitum ipsius tales possessiones monasterio predicto remanebunt a suis heredibus absolute. Verum quia advocatorum maliciis animadversione sollicita est[q] obviandum, ad instanciam predictorum .. abbatis et conventus promiserunt[r] discreti viri videlicet Rudolfus dictus Beheim, R. filius suus milites[9], Swigerus[s] dictus Tumbe[10] et Marquardus de Monte Forti filius quondam Philippi[11] militis, quod si[t] sepedictus miles de Schellinberc contra ordinationem in presentibus conceptam aliqua venerit temeritate, ita quidem quod ipsos[u] ad summam dimidie marce spoliaverit nec infra spacium duorum mensium, cum a dicto .. abbate vel conventu fuerit[v] ammonitus, non satisfecerit pro eadem dimidia marca vel pluribus, si fuerint dampnificati, extunc[w] obsides se consignare[x] tenentur aput Rinegge[12] sub religione[y] iuramenti abinde non recessuri sine plena et condigna solutione. Ut igitur predicta robur firmitatis obtineant, presens[z] scriptum[aa] sigillis presentibus[ab] fecimus communiri. Dat. Nuwinburc anno domini M°.C°C°.LXII°. XVIII. kl. iulii, indictione quinta. Nos Rudolfus senior et Rudolfus iunior dicti Beheim[ac], quia sigillum proprium non habuimus, sigillo decani Curiensis in presentibus contenti sumus.

[a]compoisicio *mit Kürzungszeichen.* – [b]seu audituris *fehlt in* A^2. – [c]provida patrum A^2. – [d]Itig *mit Kürzungsstrich* A^1, Itigin A^2. – [e]Rankwile A^2. – [f]Chumbig *mit Kürzungsstrich* A^1, A^2. – [g]tam – residentibus *fehlt in* A^2. – [h]farris A^2. – [i]ius *über der Zeile nachgetragen* A^1. – [k]advocias A^1. – [l]V. A^2. – [m]seu hominibus *fehlt in* A^2. – [n]exhigat A^2. – [o]iure proprietatis sibi A^2. – [p]singulis annis tres solidos denariorum A^2. – [q]est *über der Zeile nachgetragen* A^1. – [r]*In* A^2 *folgt* prestito iuramento. – [s]Swiggerus A^2. – [t]si *steht in* A^2 *nach* Schellinberc. – [u]*In* A^2 *folgt* in suis possessionibus aut hominibus ubicumque residentibus. – [v]fuerit *fehlt in* A^2. – [w]*In* A^2 *folgt* tamquam veri. – [x]recipere A^2. – [y]*In* A^2 *folgt* prestiti. – [z]A^2, pesens A^1. – [aa]A^2, scripctum A^1. – [ab]*In* A^2 *folgt* videlicet fideiussorum antedictorum. – [ac]Boieim A^2.

---

5. [9]*Rudolf I. (1243–1262) u. Rudolf II. (1262–1294) Beheim v. Neuburg (Gem. Koblach, Vorarlberg).* – [10]*Swigger II. Tumb v. Neuburg, 1256–1286.* – [11]*Philipp u. Marquard v. Montfort, aus der Dienstmannenfamilie.* – [12]*Rheineck, Bez. Unterrheintal SG.*